r̄finitioi. Quia inest sp̄ciēi cōuertibiliter r indicat
eius essentiam. Ad obiectum in oppositum est di
cendum. Quis differētia specifica cōuertit̄ cum sp̄ciē
spēalissima nō tamen differētia generica que habet eū
dem modum inherendi cum genere subalterno. licet ab
eo differat in modo predicādi. quia predicat in quale in
q̄tum ipsa non dicit quid per modum quiditatis. sed
per modum qualitatis.

Accidens autem est quod nihil horuz. ne
qđ r̄finitio. neqđ proprium. neqđ genus uest
autem rei. r qđ contingit inesse vnicuique.

eidem non inesse. vt sedere contingit inesse
alicui eidem r non inesse. Similiter autem r
album. Nam idem nihil prohibet quando
qđ quidez album quandoqđ non album esse.
Est autē r̄finitio accidentis secūda melior.
Nam prima dicta si debet quis intelligere.
necesse est prescire quid est r̄finitio et ge
nus et proprium. secunda autem per se fini
ta est ad cognoscendum quid est quod dici
tur per se.

Ista est q̄rta pars hui⁹ capituli in qua p̄bs determi
nat de quarto r ultimo p̄dicato qđ est accidēs ponēs p̄i
mo et r̄finitōem. secūdo eius annexū ibi (Adiaceat au
tem) Duo ad p̄mum ponit duas r̄finitōes. Prima
est Accidēs est qđ nihil horū est. neqđ r̄finitio. neqđ pro
prium. neqđ genus. inest autē rei fm esse solū. Secūda
r̄finitio est. Accidēs est quod cōtingit eidem inesse. nō
in esse. sicut sedere. nihil em̄ phibet aliquid quādoqđ sede
re r quādoqđ nō sedere. Istas autē r̄finitōes cōparat phi
losoph⁹ ad se inuicem fm qđ dant de eo vt de p̄dicato. di
cens qđ scōda melior est qđ p̄ma. qđ p̄dicatū oportet recla
rare s̄biectū. r qđ p se declarat est meli⁹ qđ nō declarat
nisi alijs reclaratis. s̄ p̄ma r̄finitōe accidētis dca vt da
ta necariū est si r̄finitio qđ debet intelligere qđ est qđ dē
per sermonē oportet p̄scire quid est r̄finitio. qđ genus.
quid proprium. eo qđ qđlibet eorum est extraneū a natura
accidētis. r sic nihil faciūt ad r̄finitōem accidētis. nec
aliquid illorum est de intellectu accidentis. Secūda
autem ab ipsa natura accidentis sumpta per se finita
est sine cognitione aliorum. r ideo melior est ad cognof
cendum predicatum vt accidēs. r ad cognoscendum
quid est quod implicite dicitur per naturam accidentis
et quid est quod dicitur qđ aliquid predicatum inest vt
accidēs. Tunc ibi.

Adiaceant autē accidēti r qđ ad se inuicem
sunt cōparatōnes quolibet mō ab accidēte
dicte. vt vtrū pulchrū vel bonuz. aut quod
expedit sit magis eligendū. r vtrum que ē
fm veritatem. aut fm frugalitatem suauior
vita. r quicquid aliud est similiter his dicitur.
In omnibus enim talibus vtrum magis p̄
dicatum accidit questio fit. Manifestum au
tem ex eisdem quoniam accidēs nihil pro
hibet. et quando et ad aliquid proprium fieri
sedere cum sit accidēs quando quidem
solus sedeat tunc quando propriuz erit. Ad
solo autem sedente. ad non sedentes propri
um. quare r ad aliquid et quando nihil pro
hibet proprium fieri accidēs simpliciter autē
proprium accidēs non erit.

Hic philosophus determinat de annexo accidētis
dicens qđ comparatio fm magis r minus est annexum
accidentis. Exemplum est. vtrum pulchrū id est ho
nellū. aut qđ expedit id ē vtile ē sit magis eligēdum. Et an

Topicoꝝ

si maior & magis eligenda sit vita q̄ est fm̄ d̄tute & bonel/
tū sicut dixerūt stoici. vel q̄ est fm̄ frugalitate vel fruitio
ne que est in telcātib' sensibilib' ut dixerūt epicurei. q̄z
p̄ncipis fuit sardanapall'. vel fm̄ frugalitate id est p̄ci
tate ut alij exponūt. & q̄cqd̄ aliud in accūte sūt in his p̄pa
tionib' ad s̄b̄m̄ ad electōem relatis d̄cū ē In oib' enim
talibus duob' & plurib' p̄positis questio sūt ut p̄ dica
tū accūtale mag' v' min' sūt s̄b̄iecto & tal' q̄stio nō p̄t nisi
per cōsideratōem accūtis fieri. & id s̄b̄ eadē cadit metho
do. Ex quib' manifestū est q̄ nihil p̄bitet q̄ id q̄ inest
ut accūtis fiat aliq̄n' p̄p̄tū q̄n' & aliq̄n' p̄p̄tū ad aliqd̄ non
ad oia. Ex' est ut sedere cū sit accūtis & inest ut accūtis sit p̄
p̄tū q̄n' cū aliquis sol' sederet. tūc em̄ inē soli qd̄ p̄uenit
p̄prio. tūc em̄ est p̄p̄tū q̄n' q̄ tūc soli inest. si at aliter inē
sēssio nō soli s̄b̄ aliq̄ d̄ā sedēt. & aliq̄ d̄ā stant v' tacēt. tūc
sedere ad q̄sd̄ā est p̄p̄tū & ad nō sedētes. q̄z ab ill' p̄ sēssio
nē distiguit sedēs. p̄pter qd̄ nihil p̄bitet. p̄p̄tū ad aliqd̄
et q̄n' fieri accūtis s̄ illud quod inest ut accūtis nūq̄ erit. p̄
um simplr. qd̄ fm̄ naturā est. p̄p̄tū qd̄ p̄uenit om̄i soli et
sp̄ & sūt ex cōtūtib' s̄p̄tū. & id p̄blemata de p̄po ad me
thodum accūtis nō p̄t reduci. Quia aliud est mod' in
berendi. p̄p̄tū & aliud accūtis in p̄blemate p̄ncipaliter
nō q̄ritur qd̄ inest. s̄ potius quō inest s̄z ut definitō v' ut
p̄p̄tū ut genus vel accidens

Circa textum expositū est

vincū dubiū. Ut p̄p̄tū fm̄ magis & min' sit annexū
accūtis. Et videt q̄ nō. q̄z p̄p̄tū p̄t intēdi & remitti
ergo nō annexū accidētī. H̄ns p̄bat. q̄z vnus homo est
r̄sibilior altero. Solo. Sic. q̄z inter oia p̄dicata solū
accūtis p̄t intēdi & remitti. q̄z p̄p̄tū fm̄ magis & min'
solū ponit annexū accūtis. H̄ns p̄z inductive. q̄z definitō
et gen' cōtūtib' & inēuitabilr p̄uenit ill' quozū sunt.
Et p̄p̄tū sūt ex p̄ncipijs s̄p̄tū que nō sunt intēdibilia v'
remissibilia. Et p̄blemata sive questiones facte de ta
libus p̄p̄tūtionibus ut statim visum fuit cūsdē cōsidera
tionibus terminant' & cūsdē locis quibus p̄blemata q̄
formant' de accūte igit'. Ad obiectū d̄m̄ est. Quis p̄
p̄rium extēsiue ex p̄disponis s̄b̄iecti suscipiat magis &
minus inq̄tum v' ex p̄p̄tione sua magis ē disposit'
ad ridendū q̄z aliud tū intēsiue magis & min' non susci
pit sicut accidēs. Letera mouēda circa definitōes accidē
tis tacta diffuse in cōmētarijs corphirij & petri hispani
breuitatis grā hic omittunt'. & q̄ ibi q̄rant'.

Nō lateat aut nos qm̄ que ad p̄p̄tū & ge
et accidēs om̄ino & ad definitōes cōueniet
dici. ostēdentes em̄ qm̄ nō soli inest qd̄ est
sub definitōe quēadmodū in p̄prio. Aut qm̄
nō est gen' qd̄ est assignatū in definitōe. aut
qm̄ inest aliquod eozū que in definitōe dicta
sunt. q̄ & in accūte dicebat' interimētes eri
mus definitionem. Quare fm̄ prius assigna
tam rōem om̄ia erunt quodammodō definitia
que enumerata sunt.

Itud est tertiū caplm̄ in quo docet p̄b̄s reducere
oia alia p̄dicata ad definitōem tanq̄ ad p̄ncipali' p̄di
catum. & p̄mo facit hoc. sedō remouet dubiū. secūda ibi.
(Sed nō p̄pter hoc) Quo ad p̄mū dicit. q̄ p̄dicā tria p̄

dicata p̄t reduci ad definitōem. Et hoc p̄bat. q̄z proble
mata de eis scā p̄t reduci p̄ easdē p̄sideratōes p̄ q̄s p̄t
reduci. p̄blemata definitōis. Si em̄ om̄sum fuerit q̄ ali
quod p̄dicatum nō inest soli. id est nō p̄dicat' cōuenim
tū ostēsum est q̄ hoc nec est. p̄p̄tū nec definitio illi. s̄b̄i
ecti. & sic terminatur. p̄blema. tā te. p̄prio q̄z de definitōe
restructiue. Cū aut' ondif q̄ p̄ma p̄ticula definitōis nō ē
genus iā terminat' negatiue. p̄blema generis & etiā definitō
tionis. H̄ueris quidē q̄z ostēsum est. q̄z p̄s p̄dicati non
est gen' s̄b̄iecti. Definitōis vero q̄z ostēsum est q̄ illud
p̄dicatū nō est definitio s̄b̄iecti. eo q̄ p̄ma pars ei' nō est
gen' s̄b̄iecti. q̄z ad definitōem aliē req̄rit q̄ cōponat' ex
genere & d̄nā. Et v' ostēsum est p̄dicatū nō inesse s̄b̄i
iecto terminat' est negatiue. p̄blema accidētis. & etiā defi
nitionis. Et sic p̄z q̄ oia p̄dicata sunt quodamō definitō
tia inq̄tum annexū aliq̄no modō definitōi inq̄tū p̄ eas
dem p̄sideratōes q̄bus ostēsum aliqd̄ nō esse gen' p̄p̄tū
vel accūtis p̄ easdē possum' ostēdere ordē assignatā. p̄
finitione nō esse definitōem. eo q̄ definitio d̄z inesse quod
etiā est accūtis. Debet etiā iē essentialr qd̄ p̄uenit gene
ri & inesse quertibiliter qd̄ cōuenit. p̄prio quodcūq̄z eniz
istoz. defuerit semp̄ interimitur definitio

Sed nō p̄pter s̄ vnā vlem̄ methodum in
om̄ibus querēdum. Non em̄ facile inuenire
hanc est. & si inueniat' incerta om̄ino & raro
vtil' erit ad p̄positū negociū. p̄pria aut' i vno
quoq̄z determinatorum genēz assignata me
thodo facile ex his que circa vnū quodq̄z s̄t
cōuenientibus exitus p̄positi fiet. Quare si
guraliter quēadmodū d̄cū est p̄z diuiden
dum est. Reliquozū aut' q̄ maxime singulis
sunt p̄ueniētia adiūgendū definitiua. & ḡnā
lia nūcupātes. ea pene aut' cōiuncta sunt que
dicta sunt ad singula. P̄mū aut' oim̄ de eo
dem determinādū quoties dicat'

Hic p̄b̄s remouet dubiū. posset em̄ aliquis q̄rere ex q̄
om̄ia alia p̄dicata ad definitōem reduci. q̄rere tūc nō p̄
ni' vna ḡnālis metho' ad terminādum negatiue. p̄ble
mata oim̄ p̄dicatoꝝ & questionū & annexozū. Ad quod
respondet p̄b̄s in textu q̄ vel nō v' difficulter p̄t tal' me
thodus inueniri. Cui' est duplex causa vna ex p̄te nostra
Et alia ex p̄te methodi. Prima est. q̄z nō est nobis faci
le inuenire talem methodū q̄ sic vltiter ad q̄ttuozū p̄dica
ta hoc vel p̄blemata valeat. Quia cum p̄dicata sint inē
se diuersa q̄tum ad modū inherendi q̄ querit' in p̄blema
te. difficile est nobis inuenire cōe in quo vniunt' quod
sit eiusdē rōnis in om̄ibus. & si inueniat' nō p̄t inueniri q̄
liter illud cōe p̄ singula. p̄pria p̄tractū adapte' ad sin
gula. Secūda est si inueniat' cōmune talis method' erit in
certa. Quia illd̄ cōe nō p̄ vnā rōem inest singulis. & raro
vtilis. q̄z raro inuenit' qualiter & q̄bus. p̄p̄tū illud cōe
coapte' ad p̄positū cū dialectica ex cōibus & p̄babilib'
p̄cedat. & sic raro vtil' est ad p̄positū terminādū. Et sic
in se inutilis est & incerta metho' p̄pter hoc qd̄ cōe nō
vna rōem erit d̄cū. s̄ analogice. & nobis etiā inutilis est
ad inueniendū. p̄pter difficultatē reductōis istozū in
vnū. cōe ad om̄ia. s̄ p̄pria assignata methodo de vno q̄z

Primus liber

istoz p. p. rones nō cōmunes final' erit reductō. p. p. o
firi ad intentū finem Quia tūc singulis libris p. p. a
a metbod' r oib' his simul acceptis integratur vna p. p. o
metbodus q̄ a nullo illoz rēmiate rēdiatur sed i com
muni appellatur metbodus dialectica p. p. ter qd qz cōis
metbod' difficilis est r raro vtilis et ad rēfinitōes solas
vtilis esset quod amōr non simplr Ideo figurat' rē sin
gulis boz p se quēadmodū p. p. us dēn est diuidendum est
id est traccandū. Ea vero q̄ st rē nūero boz p. p. dicatoz q̄
p. p. cipalib' st ad iūcta r ad ista reducibilia st p. p. dicat' p. p.
cipalibus quibus p. p. uenit ad iūgēda vt rē codēz diuer
so ad rēfinitōem r rē dēnā generali ad genus r accitē
p. p. ato ad accūs r sic rē alijs. Hec autem adiuncta nūcu
pantur ad rēfinitūa p. p. ter causas assignatas. Ea autem p.
dicata q̄ dicta vt idem r diuersuz rē pene sunt ea q̄ st p. p. di
catis p. p. cipalibus adiuncta. Pene autē dicitur qz nihil
adiunctum est p. p. rō. vel qz adiuncta nō st ad huc oīsa.

Circa textū est vnicū dubium.

An ne potest esse aliqua vniuersal' metbodus eadem ad
f. minandū oīa p. p. lemata. So. Alberti q̄uis hz nūc
dicta omnia sunt aliquō rēfinitia non tū potest esse vna
metbodus rē omnibus q̄ fit ex cōib' ad omnia p. p. lema
ta terminanda. Quia talis non possit esse p. p. locos intri
secos. Quia intrinseca cuiuslibet nō sunt omnia nec pnt
esse omnia. o. p. rē rē q̄ esset p. p. locos extrinsecos. r sic
esset incerta qz illi loci paruz certificant' et incidit in eis
frequēter p. p. cicio p. p. cipij sicut in loco ab o. p. p. sitis r a si
milis huiusmodi vbi eq̄ ignotuz est inferius sicut illatū
Dicitur tūc metbodus vniuersalis tripliciter scz quo ad ea
te quib' est r tunc metbodus est vniuersal' q̄ est ad oīa r
sic metbodus p. p. m' libri est vniuersalis. Scdō dē me
thodus vniuersalis q̄ st ad hoc qz constructur in ipsa et
sic metbodus scdō libri est vniuersalis qz constructur in
ipso inesse qd est cōmune omnibus p. p. dicatis qz qd i. p. est
supponitur in eo qd inest vt genus r in eo qd inest vt p.
p. iū r sic rē alijs r h' modo sumpta vniuersali metbodo
quo est vniuersalior eo certior r vtilior est. Tertio dē
vniuersalis q̄ ad singula p. p. lemata p. p. ferenda est vna
vt ex plurib' p. p. rā inferat p. p. m' omnes differentias q̄ si
bi conueniunt r h' impossibilis est quia ex quib' p. p. dicto
inferuntur p. p. lemata st rē rēfinitōes q̄ non possunt eē
vniuersales omnibus r qz art' rēfinitōe oīa p. p. cepta sic
ad vnum finem ordinata inueniri non possunt r q̄ sic in
ueniuntur extrinseca sunt r incerta r raro vtilia ad con
cludendum p. p. lema p. p. positum. ideo non est in q̄ rēda ta
lis metbodus qz difficultas maior esset q̄ vtilitas ipsi
si adiunctum cum eo adiungitur vna communi metbo
do terminatur p. p. easdem rēfinitōes adiunctum p.
quas p. p. cipales. Hoc autem modo non dicuntur alia p.
blemata rēfinitūa qz terminantur p. p. cōsiderationes p.
quas terminatur rēfinitō. h' aliqd terminatur in ipso
qd supponitur in p. p. lemata rēfinitōis r ideo qd inest
vt rēfinitō colligit modum inherendi omnium alioz r
ideo vt aliquid facientia r amminiculantia ad p. p. lema
te rēfinitōe ordinantur.

Uidebitur autē idem vt sic figurat' sumere
tripliciter diuidi aut em numero aut specie
aut genere idem solem' appellare. Numero
quidē quoz nomina plura res aut vna r vt

tunica r vestis. spē quidē q̄ cū sint plura idifi
ferentia sunt p. p. m' spēm. vt homo hōi equus
equo. Nam hōi spē dicūt eadē q̄ cūqz sub e
adem spē st. Similit' autē r genere dicuntur
eadem q̄ cūqz sub eodē st. gñe. vt equus hōi.

Ista est scda ps huius capituli in q̄ p. occasione illi
us qd p. us dictum est idem r diuersum esse anēra rēfinitō
tōis. p. oit tres mōs identitatis dicens. Uidebit' autem p.
rationem vni' identitatis causantis. vt figurat' h' est p.
babilit' r sup. p. cial' r dicatur idem diuidi in tres modos.
Quia vel est idem nūero. aut specie. aut genere. L. o. f. q̄ nē
subdit. qz nūero eadē st. qz nōia plura st. res vō vna.
ficiea q̄ latine dicunt' multiuoca r grece synonoma. vt
tunica r vestis q̄ grece synonoma st. r ab vno dñiter cō
siderato imposta. vt tunica a tegēdo. vestis a circūgerēdo
est imposta. vere tū synonoma sunt ensis mucro spata
gladi' framea. Quia oīb' his no mimbuz vna r eadem
res in q̄ non inuenitur diuersitas in nūero significatur.

Specie vero eadem st. q̄ cum sint plura nūero suppo
siti. spē tū sunt indifferentia r sunt idē spē. qz indrūtia ē cā
identitatis r indrūtia spē causa est identitatis. Specie
ex q̄ species est essentialis similitudo indiuiduoz. vt dē
boetius. sicut h' homo oīi hōi r h' equus oīi equo est
idem specie. Similit' autem eadē gñe sunt q̄ cūqz st. eo
rem sunt gñe quibus scz indifferentia gñe causa identi
tatis. H' igitur sunt modi figurat' r considerando qz
dicitur idem. put est p. p. dicatum adiunctum.

Uidebitur autē ab eodem fonte aqua q̄ ea
dē iudicatur habere aliquā differentiam p. p.
dictos modos. non tū sed vt huiusmodi in
eadem ponatur in his q̄ idem p. p. m' vnam spe
ciem quolibet modo dicta sunt. omnia enim
talia cognata et prima sibi inuicem vidētur
esse. Nam omnis aqua oīi aque specie eadē
dicitur. eo qz habeat quandā similitudinē.
ab eodem autem fonte aqua nullo alio mō
differt q̄ qz validior est similitudo. q̄ rē nō se
pamus eam ab his q̄ p. p. m' vnam speciem quo
libet modo dicuntur.

Hic philosophus remouet vnam dubitationem. p. p.
fer em aliquis dubitare an ne sit aliquis modus identi
tatis quartus q̄ non sit aliquis p. p. dicto r h' med' inē idē
speciez idem nūero. Rō autē dubitatis est. qz si accipiā
tur due aq̄ h' aulle vno vase. vel diuersis ab eodē fonte.
manifestum est qz ille non sunt eodem numero. cum sint
separate loco r subiecto. Idem autem numero non potest
esse in locis diuersis vt dicit boetius. r sic non sunt eodē
numero cum in numerando inueniatur diuersitas in
eis. Non etiam differunt specie tales due aque. Quia du
e aque diuersoz fontium sunt eodem specie. h' due aq̄ ei
rem fontis sunt plus eodem q̄ due aque diuersoz fontū
um. ergo videtur qz due aque eiusdē font' st. p. l' eodem q̄
spē. r nō st. eodē nūero vt p. p. batū est. h' est aliqua idētitas
quarta p. p. p. dictas tres. Ad dubitātionem respondet
p. p. qz due aq̄ diuersoz fontū sunt eiusdē spē sic due aque
eiusdē font' ita qz tāta est idētitas r indrū cential' illa
rū aq̄z h' sic h' b'. Et cū subditur due aq̄ diuersoz fontū

Topicor

plus differunt q̄ due aq̄ vnus fontis. Dicendū est q̄ b̄
vex est loquēdo de drā accidentalī que p̄sistit i claritate
vel turbiditate frigiditate caliditate vel sapore. s̄ nō d̄nt
plus sp̄ essentiali s̄ cognate sunt fm̄ vnā sp̄ciem essen
tialē. r̄ ideo licet differāt accidente tñ prime sibi inui
cem sunt ex equo. r̄ omnia cognata in vna sp̄cie essen
tiali. nam omnis aqua om̄i aq̄ eadem sp̄cie dicitur esse
eo q̄ quādam similitudinē habeat. Neque vero ab eod̄
fonte hauste nullo modo d̄nt ab alijs aquis diuersorū
fontium nisi q̄ validior est i accidentibus silitudo. r̄ er
go talem aquā non sepem? hoc est in sepatū modum po
nem? ab alijs q̄ fm̄ sp̄z vnā quōlibz d̄nt in accidentibus

**Maxime aut̄ indubitāt̄er quoq̄ qd̄ vnū
est numero ab omnibus idem videt̄ dici.**

Hic p̄pat mēbra p̄dicte diuisionis ad iuicem dicēs.
q̄ idē numero maxime v̄t̄ dici idem q̄ hoc est idem fm̄
rem r̄ indubitāt̄er quo ad nos idem dicit̄ q̄ idem est fm̄
suppo^m r̄ fm̄ id qd̄ est i quo non inuenit̄ i numerādo di
uerfitas. Deinde est idē sp̄z tertio generē sic q̄cunq̄ sit
eadem nūero s̄ead sp̄cies generē s̄ non conuertitur

Solet aut̄z h̄ assignari multipl̄r p̄rie at̄
qñ nōie v̄l definitione idē assignatum fuerit.
v̄t vestis tunicez aial gressibile bipes homi.
Secūdo at̄ qñ p̄rio v̄t discipline susceptibi
le homi. r̄ qd̄ natura sursuz fert̄ igni. tertio
vero qñ accidētē v̄t sedēs v̄l musicū socrati.
Om̄ia at̄ hec vnū nūero volunt significare.
qm̄ aut̄ vex est qd̄ nūc dictū est ex p̄mutat̄i
bus appellatōes aliquis addiscet. sepe em̄ p̄
cipiētēs nōie appellare aliq̄ p̄mutam? sedē
tū. qñ forte nō intelligit̄ is cui p̄ceptum faci
mus. v̄l v̄t ab accidētē eo magis intelligere
r̄ iubem? sedētē l̄ disputātē vocare ad nos
palā qm̄ eūdē opinātēs fm̄ nomēz fm̄ acci
dēs significare. Ergo idem quēadmodum
dictum est tripliciter diuidamus.

Hic p̄. s̄ diuidit vnū mēbz p̄dicte diuisionis dicēs q̄
idē nūero solz multipl̄r assignari. s̄ h̄ multiplicitas qd̄ ea
reducit̄ quib? idē v̄l suppositum r̄ signatur. p̄rie aut̄ r̄
maxie vnuz numero ē qñ eodē nōiel r̄ finitōe assignatū
fuerit aliquid eē idem sic q̄ r̄ finitōe est loco nōis. v̄t tu
nica r̄ vestis. q̄ gr̄ce synonoma s̄ v̄t d̄m̄ s̄uit. Definitōe
sic aial gressibile bipes idēz dicit̄ esse homi. q̄ tal idem
titas est in̄ ea q̄ solaz d̄nt sic implicat̄ r̄ explicat̄ r̄ in
oibus substantialibus sunt eadem ita q̄ suppositum p̄
vnum. supponitur p̄ al̄tēz. Secūdo dicitur vnum nume
ro a p̄rio accidentalī consequente essentiā. v̄t qñ est idē
p̄rio. p̄rium em̄ r̄ id cuius est p̄rium idem supponit̄
licet non idem significetur. sicut animal discipline sus
ceptibile idē est homini hoc modo. Et qd̄ natura sursuz
fertur idem est igni r̄ sumptum est p̄rium a natura ge
nerantis r̄ generati. Tertio vero dicitur vnum numero
minus p̄rie. qñ idem suppositum r̄ nominatur l̄ r̄ sig
natur ab accidente. cuius r̄ nominatum sive subiectuz
idem dicit̄ suppositum cum nomine. sicut sedens vel mu
sicum dicit̄ esse socrati. si socras est sedens vel musicus

Omnia em̄ hec tria vnum numero fm̄ suppositum vo
lunt significare. r̄ hoc quidem de eodem nomine r̄ r̄ finitōe
tionēz de eodem p̄rio planum est. De vno vero fm̄ acci
dens etiam vex est q̄ vnum significat. Et hoc potest a
liquis addiscere ex his q̄ v̄t r̄ signat̄ idem suppositum p̄
mutant̄ suas appellatōes nōim in r̄ finitōe factas
ab accitē. qd̄ sensibiliter inē maifeste. Nos em̄ sepe p̄ci
pientes nōie vocari aliq̄ v̄t socratē vel platonē qui est
de numero sedētuz p̄mutam? nomē p̄rium qñ forte ia
cui p̄ceptū faciū? non itelligit̄ quē vocari volumus r̄ sic
p̄mutatēs nomē p̄riuz vocam? ipm̄ p̄ accidēs illud qd̄
sibi est. eo q̄ sub isto accidente magis itelligit̄ quē voca
ri volum? q̄ sub p̄ria nōiatione. r̄ sic iubem? sedētēz v̄l
disputātē vocari ad nos ex quo palā est cum eūdē in
supposito significare opinamur sive itendimus r̄ p̄rio
nōier accidētē r̄ finitōe. q̄ nomē p̄riuz r̄ accidēs de
eo r̄ quo r̄ finitōe dicit̄ dicit̄ idem numero in suppo
sito. Ex quib? patet q̄ idem in cōi dān v̄t est p̄dicatum
tripliciter quēadmodū dān est diuidamus.

Circa textum sūt dubia p̄rimū

est. An idem sufficienter diuidat̄ in idem nūero sp̄cie et
genere. Et videtur q̄ non. Quia est aliqua identitas
materie. q̄ om̄ia generabilia r̄ corruptibilia dicunt̄ esse
eadem. r̄ tamen illa non clauditur sub aliquo istoꝝ mo
doꝝ. Solutio sic. q̄ identitas causatur ab vnitatē. q̄
vnum in substantia v̄t dicit̄ p̄s in quarto p̄me philoso
phic facit̄ idem hoc aut̄ vnū. vel est vnū supposito. i quo
non repit̄ diuerfitas r̄ tūc est numero idem r̄ restat̄e toe
tio q̄ dicit̄ q̄ vnū numero est i quo non inuenitur diuer
fitas in numerando. Om̄ia autem diuersa supposita
numerum faciunt. q̄ diuisio suppositi numerum facit.
Si autem vnum in substantia non est indifferentia sup
positi vel eius qd̄ est. sed est vnum formalis essentie. tunc
illud vnum aut̄ erit essentie totius q̄ totum esse forma
le est. r̄ sic causat̄ idem sp̄cie. Dicit̄ em̄ boetius q̄ sp̄cies
est totum esse indiuiduorū. r̄ q̄quid est post sp̄ciem ē r̄
indiuiduantibus r̄ non r̄ esse formaliz essentiali. Si at̄
vnum fm̄ potentiam r̄ non fm̄ actum est totum esse tūc
est vnū q̄ne sic in textu sūt exp̄lariter ostensuz. Ad
obiectū in oppo^m est dōm. q̄ illa nō p̄bēat̄ s̄ aliquo
istoꝝ modoꝝ q̄ ē idēitas p̄ria materie r̄ vocat̄ idēti
tas indifferentie. qua materia p̄ma se h̄z idēit̄ ad om̄es
formas. h̄ v̄o fmo ē r̄ idēitate q̄ ad min? aliq̄ ea foꝝa.

Secūdum dubium est.

An inueniēt̄ dicāt̄ eadē nūero quoꝝ res ē vna nomia
vero pla sic tunica r̄ vestis. Et videt̄ q̄ nō. q̄ pla non
s̄ simpl̄r eadē. s̄ tunica r̄ vestis. s̄ pla. s̄ nō s̄ simpl̄r eadēz
r̄ p̄ oīs nō s̄ eadē nōie. So^m sic in q̄tum vna r̄ eadē
res in q̄ nō inuāt̄ diuerfitas nūero significat̄ p̄ illa pla
nōia. Ad obiectū in oppo^m est dōm. q̄ plura r̄ r̄ nōie
non sunt simpliciter eadem. sed ista sunt plura nomine
sed non r̄. ergo hic sunt plura nomina nominantia. s̄
est tantum vna res nominata. r̄ hoc non est inconueni
ens. Quia q̄tumcunq̄ sit indiuisum suppositum alicu
ius tamen multis p̄rietatibus innotescat apud intelle
ctum. Ex quibus omnibus p̄t̄ nōiari cum notamē sūt
faciat apud intellectum. Cum autem omnibus illis

Primus liber

idem suppo^m significat. tunc sunt multa nōia qd min^o habitualiter vna res scatur id vnu numero est qd sic mult^o significatur. r ergo diuiditur in plures modos vt in textu visum fuit

Tertium dubium est.

Utr^o ois aqua sit dñi aque eiusdem speciei. Et videt^r qd non. Quia nō ois ignis est omni igni eiusdem speciei. nec ois aqua omni aq. p̄na pbat p simile. Hñs p̄ p̄ p̄ ponentē scdo de aia tres species ignis. s̄ ignem lucē. ignē flammā. r ignem carbonem. Sō^o Alberti sic intelligē^t de aqua quae remanet i simplicitate vna r eadem fin^o qd est species elementis. Sūt enī liqda q̄ aq̄ species dicitur in quarto meteoroz. vt vinum licium modo aq̄ alchimice q̄ mixtoz habet species. Quis a p̄ma materia dicantur. nō nī sunt eiusdem speciei. sed in simplici^o aquis veritatem habz qd hic dicit. Ad obiectū in opposituz est dñm. q̄ illa distinctio est soluz materialis r non sp̄^o. Quia ignis in p̄na materia dicitur lux. In materia aerea dicitur flamma. Et in materia terrea dicitur carto. nec loq̄tur ibi p̄ fin opinionem. p̄na. s̄ vtitur falsa opinio ne pro exemplo sic in multis locis philosophie facit

Quā autem ex p̄us dictis sunt orationes r p̄ hoc r ad hoc vna qdē fides ē p̄ inductōz si em̄ q̄s p̄sideret vnamquāqz p̄positionum r p̄blematum videbit aut a definitōe - a a p̄prio. aut a gñe. aut ab accēte factam esse - a lia autem fides p̄ syllogismum. Necessē est em̄ omne qd de aliquo p̄dicatur conuersim p̄dicari de re aut nō. et si conuersim p̄dicat definitio vel p̄rium erit. Nam si significet quid est esse definitio. si autem nō significat p̄rium est. Hoc em̄ erat. p̄rium qd p̄uersim quidem p̄dicatur nō significās. quid est esse rei. si autem nō p̄uersim p̄dicatur de re aut ē ex his q̄ i definitōe substātie dicūtur eē aut nō. r si ex his est q̄ i definitōe dicūtur genus aut differentia erit. eo qd definitio est ex gñe r dñt̄is. Si vero nō est ex his q̄ i definitōe ponūtur palam qm̄ accēs erit. Nam accēs dicebat qd neqz definitio neqz genus neqz p̄rium inest autem rei

Istud est quartū capitulū istius tractat^o in quo p̄ ondit nūcz quatnariū p̄dōz eē sufficientem r bonū r b̄ dupliciter p̄ p̄ductōz. r scdo p̄ syllogismos p̄mo. qd vna quō r sensibilis fides est p̄ inductōem facta. si em̄ quis consideret vnaquāqz p̄positionem dialecticā q̄ dicit p̄dicatum in esse subiecto. r si consideret vnumquodqz p̄blematum ad qd em̄ nādūz iducit syllogismos dialectic^o singula sigulatum p̄siderādo videbit aut a definitōe. aut a p̄prio. aut a gñe. aut ab accēte p̄dicato factam eē. r sic iducen^o de oia inferat vlt^o. qd ois p̄p̄o vlt^o p̄blemata. quo ad p̄dicatū facta est ab aliquo istoz. Alia r scda fides ē p̄ syllogismos. Nec ē em̄ oē qd de alio p̄dicat aut p̄uersim p̄dicari de re b̄ est de subiecto aut nō p̄uersim. Si p̄uersim quid p̄dicatur sic ē definitio vlt^o p̄rium. Quā si p̄uersim p̄dicatū p̄ quid ē eē rei explicitē tūc ē definitio. Si autē illud qd p̄uersim

p̄dicat non p̄ quid ē esse rei. s̄ sic accēs sp̄m r subiectū eē sequēs tūc est p̄rium illud qd sic p̄uersim p̄dicat. qz vt supra dñm fuit. p̄rium nō indicat quid est esse rei. Si autē nō p̄uersim p̄dicatur de re. hoc est dupl^r. aut em̄ est ex his p̄dicatū q̄ sumitur i definitōe subiecti fm̄ p̄ modū dicendū p̄ so. aut nō est de illis s̄ est p̄dicatum non sumptū in re / finitione subiecti. si p̄ sic est gen^o vel differentia gñalis q̄ cū gñe collocāda est. eo qd definitio sit ex genere r dñt̄a. Si scdm̄ sic est accidens cōe qd vocat accidens indiuidui. qz accidens supius dicebatur qd nihil vōz ē neqz genus. neqz definitio. neqz p̄rium. s̄ simpliciter sine reter / minato modo inherētie inest rei. r ab inesse habet esse. Si autem vlt^o p̄dicatū p̄dicatoz sufficientiam ad syllogismum reducere voluerimus poterimus sic dicere. Omne qd p̄dicatur conuersim vel nō conuersim i quid vel in quale genus est vel definitio vel p̄rium vel accidēs s̄ omne qd p̄dicatur in p̄positione dialectica p̄dicatur conuersim vel non conuersim in quid vel in quale. ergo omne qd p̄dicatur in p̄positione dialectica vel est definitio. genus. p̄rium. vel accidēs. De his tamen vt st̄ est sentie diuise a se inuicem sub hoc communi qd est vni / versale p̄dicabile plura dicta sunt in commentariis p̄ dicabilem porphirij q̄ coniuncta cum dictis de eis inq̄tum sunt p̄dicata a quibus formantur p̄positiones dialectice p̄fectiorem faciunt istam doctrinam. Inesse enīz qd terminatur in p̄blemate q̄tum ad modum inherēdi variari non potest nisi qd in sit vel vt substantia vel accēs. r si vt substantia tūc vlt^o dicit totā essentiam vel p̄p̄mo est gen^o. scdo definitio. Si inest vt accēs vel vt accēs speciei vel indiuidui. p̄ est p̄rium. scdo est accēs cōe.

Post hec autem oportet determinare gñā p̄dicamētoz i qbus sunt dicte differentie quattuor. Sūt autē hec numero decē quid est. quale. q̄tum. ad aliquid. vbi. quādo. sitū esse. habere facere. pati. Semp̄ em̄ accidēs et genus r p̄rium r definitio i vnoquoqz horum p̄dicamētoz erit. Nam omnes ab his p̄positiones. aut quid est. aut quale. aut q̄tum. aut aliquid horum p̄dicamētoz significat. Manifestum autem ex eisdem qm̄ quid est qñqz quid substātiā significat. qñqz autē quale. qñqz vero aliquid alioz p̄dicamētoz. Nam qñ posito hoīe dixerit quis quid ē qd posito est hoīem esse vel aīal. r quid est dicit substātiā significat. Quā vero colore albo posito dixerit qd posito est. albo esse vel colorem quid est dicit. r quale significat. similiter autem bicubitali magnitudine posita dixerit qd posito ē bicubitalē eē magnitudinem r quid est dicit. r q̄tū significat. Si milr̄ ar̄ r i alijs vnu qd qz em̄ taliū sine idē de eod dicit siue gen^o de h̄ eod quid ē quidē fr̄ qñ ar̄ de alio nō quid s̄ q̄tū a q̄le a aliquid alioz p̄dicamētoz. Quare de qb̄ st̄ disputatiōes. hec r tāta st̄. quō ar̄ sumem^o r p̄ que facile poterimus post hec dicēdum.

Hic p̄ba ostendit in quib⁹ generib⁹ rep̄untur p̄dicta p̄dicata. Et dicit p̄mo q̄ recē sunt p̄dicamēta nūero. scz quid quale. p̄tum. ad aliquid. vbi. q̄. s̄. itū esse. habere. a. gere. r̄. pati. om̄ia autē ista tendiatiue determinātur q̄ vt p̄dicata accipiūt q̄ te subiecto p̄ informatōem dicuntur. semp̄ em̄ p̄dicatum vt gen⁹. vt accidens. vt definitio vt p̄prium i aliquo erit recē p̄dicamentoz. q̄ in quolibz est p̄dicari p̄uerim⁹. non p̄uerim⁹. Et in quolibz illoz ē p̄dicari in quid. r̄ nō in quid s̄m totum r̄ p̄rem. Si em̄ p̄dicet sup̄ eiusdem generis p̄dicatio ē in quid non p̄uerim⁹. si autē idem te se p̄dicetur s̄m oēm modū eiusdē qui dicitur est q̄ est essentialis vt homo est homo. vel hō est animal rationale mortale. vel album est albū. vel album est coloratum disgregatū visus semp̄ est p̄dicatio i quid. Si autem conperitur ad res alterius generis vt p̄dicet l̄ in quale speciei. r̄ sic est p̄prium. vel in quale subiectū in diuidi. r̄ sic erit accūs. Nam om̄es p̄positiones dialectice sunt sumptē ab his quattuoz q̄ in omnibus generibus sunt p̄dicamentoz. Om̄es em̄ significant q̄tuz ad sua p̄dicata. aut quid est hoc est substantiam absolute. ā q̄le s̄m q̄ est p̄dicamētum. aut s̄m q̄ est p̄dicamētū aut significat aliquid alioz p̄dicamentoz. h̄ est rem in quodam p̄dicamento constitutam. nam si posito homine. p̄ subiecto dixit quis qd̄ positum est implicite vel explicite esse hominem vel animal. talis quid est dicit. hoc est dicit id qd̄ est absolute quid. Quia talis p̄dicat id qd̄ s̄m rez est substantia. etiam si nūq̄ te subiecto p̄dicaretur. Quā te ro posito colore alio dixit hoc est p̄dicauerit id qd̄ positum est. p̄ subiecto albū esse. si albū est. vel si p̄rem s̄stantie in predicando resignans dixerit colorem esse q̄ est genus definitū albedinis. quid est dicit. Quia tale p̄dicatum in conpatione ad subiectū substantiale est. r̄ tamen tale p̄dicatum absolute acceptum non significat nisi q̄le. Similiter est si bicubitali magnitudine posita. p̄ subiecto dixit hoc est p̄dicauerit qd̄ positum est. p̄ subiecto bicubitali esse magnitudinem totum esse suoz p̄dicās vel dixit esse magnitudinem resignando esse p̄tiale. sp̄ dicit quid est conpando p̄dicatū ad subiectum. r̄ tamen id absolute acceptū q̄tum significat. q̄ hoc significat ad qd̄ significandū nomen est impositum. h̄ p̄dicat habitudinem eius ad subiectum. r̄ talis est vel definitio vel genus. vel p̄prium vel accidens. Similiter autē est in omnib⁹ alijs p̄dicamentis p̄nūeratis. In omnib⁹ em̄ hoc generale est q̄ conpata ad ea q̄ instituta s̄. vñ. quoz em̄ p̄dicamentoz. siue idem te eodem dicatur vt species te specie. vt homo est homo s̄m totum esse. vel albū est album. siue dicatur gen⁹ te hoc q̄ p̄dicatur vt pars esse. in omni genere quid est significat. sed hoc quidem significat s̄stantiale non autem absolute substantiam. Quā vero dicit te alio qd̄ non est sue coordinationis tunc respectu illi⁹ nō quid est significat. hoc est substantiale. sed significat q̄tatem s̄m q̄ est mensura substantie. vel significat q̄litate s̄m q̄ est dispositio materic. r̄ aliquid alioz p̄dicamentoz in q̄bus isti duo modi sunt p̄dicationū. Unde cum non sunt nisi recem p̄dicamentoz in omnibus istis. ista quattuoz sunt p̄dicata. non plura patet. quia omnia te quibus. hoc est ad q̄r ex quibus materialibus r̄ integralibus simplicibus principijs sunt disputatōes siue argumentationes dialectice. hec tantum sunt dicta. Quoz autem sumemus ea ex quibus vt complexis est methodus r̄ quoz sumemus ea in communi p̄ q̄ facile poterim⁹

habere methodum post hoc te in ceptis dicendum. p̄ q̄ autē facile poterim⁹ habere methodum infra rocedim⁹. cū te instrumentis abundandi erit sermo

Circa textū expositum est dubiū.

Atq̄ definitio siue quiditas potest repiri in om̄i genere. Et videtur q̄ non. Quia definitio explicat substantiam definiti. ergo solū erit in genere substantie. Secōdo vñ qd̄ capit tendiatiōem ab ultimo actu. sed differentia dicens quale est vltimus actus definitionis. igitur tēter dicere quale definitio r̄ non quid. r̄ sic nō erit reperire quid in omni genere. Solutio sic conpando definitionem ad suum definitum vt tactum fuit in textu statim. Ad obiecta in oppositum. Ad s̄mū respōdet. Altertus q̄ definitio non semp̄ significat substantiaz absolute. h̄ semp̄ p̄dicat siue dicit substantiam rei cuius est definitio. Quia dicere quid est ip̄suis vocis conplexe significat in habitu ad illud te quo in p̄positione enunciat. Sed significare quid siue substantiam ad qd̄ signis vocis p̄ respectum ad rem significatam. Et id q̄nq̄ dicit quid r̄ substantiam definitio. r̄ etiam significat substantiam. vt in genere substantie. Sed in alijs generib⁹ dicit quid. h̄ significat accidens q̄ h̄ significat ad qd̄ significandū est institutū. vt tactū fuit sicut p̄ te definitioe coloris. Et sicut dictum est te tota definitio ne ita dicens dum est te p̄ribus puta te genere. Et hinc surgit cōmūms illa distinctio q̄ dicimus aliqd̄ tripliciter p̄dicari in quid scilicet s̄m rem tantū q̄no differentia in genere s̄stantie in quid p̄dicatur. Secōdo modū tantū q̄no genera in p̄dicamentis accidentium in quid p̄dicant. vt color te albedine. Et s̄m rem r̄ modū simul sicut genera i p̄dicamento substantie. Ad s̄mū est dicendū quoz differentia p̄dicatur in q̄le non tamen oportet hoc te definitione. Ad p̄batōem vero dicendū est. q̄ illud qd̄ tebet p̄dicari in quale tēter significare actum q̄lificantem potentiam sic differentia qualificat siue determinat potentiam formabilem generis. sed definitio dicit totū esse speciei a p̄ma potentia vsq̄ ad vltimū actū r̄ non p̄supponit aliquam potentiam sicut ipsa differentia. Et ita nō est differentia vltimus actus definitionis. h̄ est vltim⁹ actus generis p̄prie. sed illud qd̄ constituitur ex genere et differentia simul est definitio sicut totum conpositum non est materia vel forma. sed aliquid ex vtriusq̄ resultans.

Primū igitur determinetur quid est p̄positio dialectica. r̄ quid p̄blema dialecticum. Non em̄ omnē p̄positionē. nec oē p̄blema dialecticū ponendū ē. Null⁹ ei q̄ mētē h̄z. p̄ponz q̄ nulli videt. nec p̄ponet qd̄ oib⁹ manifestū l̄ plurib⁹. Nā hec quid nō h̄nt dubitatōem illa at nemo ponet. Est at p̄pō dialectica interrogatio p̄babil⁹ a oib⁹ ā plib⁹ ā sapientibus r̄ his l̄ oib⁹ l̄ plib⁹ l̄ marie not⁹ n̄ extranea. Ponet em̄ aliquis qd̄ videtur sapientibus nisi contrarium sit plurim⁹ opinionibus.

Istid ē quid caplm̄ hui⁹ tractat⁹ in quo. p̄. tēminat te p̄ncipijs materialib⁹. p̄p̄inquis ip̄i⁹ h̄lyi dialectici q̄ s̄l p̄positio dialectica r̄ p̄blema dialecticum. Et coninet tres partes p̄ncipales. In prima parte definit p̄positionem dialecticam r̄ diuidit eam. In sc̄da parte

Primus liber

definit pblema dialectice et diuidit ibi (pblema autē)
 In tertia pre definit pōnēt ppat eā ad pblema ibi (posi-
 tio ē) Quo ad pōmū pmitit p quid sit. pō dialectica et
 quid pblema Quia nō oīs pō est dialectica. nec de p/
 blema ē dialecticū Quia nullus hīs mētem tene dispo-
 sitā pponet pōmē dialecticā eē id qd maifeste falsum ē
 qz tūc re eo nō dubitat. sic nō hz materiā pbabilitatis
 q est materia dialectice pōnis. Nec et aliquis pponet
 pro dialectica pōne qd oib' est manifestū ex ipis. q vt
 causis in p̄dicato r subiecto pōnis accipiūt. qz b' est
 necn' vt p remrātōem vt vt remrātōnis p̄ncipiū. vt qd
 plurib' fm sensuz iudicātibz r b' ad sensum ē manifestū
 Quis em' aliquis pōit p̄dicta q sic st' falsa vel manifestū
 ta i simplici pōne nō tū erit tal' dialectica Quia p̄posi-
 tio dialectica est interrogatio pbabilis r habet dubium
 in p̄sensu plurib' qz q' simplr maifesta st' vel i p̄sensu plu-
 riū nō hnt dubitātōez r oēs p̄sensūt in illud. illa autez
 q' st' maifeste falsa nemo ponit vt pblemata. Quis forte
 sim plr ponat p modū enunciatōis qz sic in peribermeni-
 as dictum est p̄git enunciare qd est esse. r qd est nō eē.
 r qd nō est esse. r qd nō est nō est. pō dialectica est
 interrogatio p̄sensuz i pbabili. nec p̄sensuz req̄reret si p
 bari nō reteret Manifeste aut' falsuz pbari nō potest.
 manifeste vtz pbatōne non indiget. b' ad alicu' alteri
 pbatiōne sumitur Definiendo igit' pōez dialecticā
 fm potissimū a' statū dicim' q' pō dialecticā ē interroga-
 tio pbabilis inq̄tum pbabilis est q̄ti casus. b' est interro-
 gatio re pbabili qd est materia pōnis dialectice. Nec
 igitur est tota definitio pōis dialectice Sz vt sciat' per
 explanatōez quid sit pbabile dicim' qd pbabile est qd
 videt oib' aut plurib' aut sapiētib' r bis oib' vt pluri-
 bus vt maxime notis nō extranea. Ponet em' aliquis
 rōez eius qd pbabile est qd videt sapiētib' q nō iudicāt
 fm sup̄ficiē. fm eminentē v̄itatē cū eo ipō quo videt sa-
 piētib' aliquis r̄ndentiū ponet ipz dialectice nisi hoc est
 quis cōtrariū sit aliqñ op̄ionib' plurib' r sic ponit nō p
 cāz b' p̄p̄ iuditiū sapiētū qd ē ex cā pbabili vt de Auicē
 na Quia sapiētes loies st' r nō dij. r id falli p̄nti iudicō
 Alij vō exponūt nisi p̄p̄dicētes. Ponet at' aliquis
 r̄ndentiū et pbabile qd est fm eminentēz v̄itatē. nisi sit cō-
 trarium plurium opinioibus.

Sūt aut' pōes dialectice q' pbabilib' st' si-
 milia r p̄traria his que vidēt eē pbabilia fm
 p̄tradiatōez p̄fesa. r q̄cūqz op̄iones st' sz
 artes iuētē Si em' pbabile ē eādez p̄trarioz
 eē disciplinā r sensuz eūdem eē p̄trarioz
 apparebit Et si vnā nūero grāmaticā esse r
 musicā vnā Si aut' plures grāmaticas esse
 r musicas plures Omnia em' hec filia r cog-
 nata vident' eē Sūt aut' r ea q' pbabilib' st'
 contraria fm contradictionem p̄fesa pbabi-
 lia vident' Si em' pbabile qm oportet amī-
 cis benefacere r qm non oportet maleface-
 re amicis pbabile ē Est aut' cōtrarium quid
 qm oz amicis malefacere fm cōtradiatōem
 aut qm nō oz malefacere amicis. sūt aut' si
 oz amicis bñfacere inimicis non oz Est aut'

et hec fm p̄tradiatōne cōtrarioz Nam con-
 trariū est qm oz iimicis benefacere. sūt aut'
 r in alijs pbabile aut' r ipabile apparet et
 p̄trarium de cōtrario. vt si oz amicis bene-
 facere r iimicis oz malefacere: apparebit at'
 r p̄trariū de cōtrario b' qd est amicis bene-
 facere ei qd est iimicis male. vtz aut' fm ve-
 ritatē sic se habeat l' nō In his q' de p̄trario
 dicent' oñdet' p̄alā aut' r q̄cūqz op̄inōes fm
 artē st' dialectice pōes st'. Ponet aut' aliqz
 ea q' vident' bis q' i eis pbati st'. vt de his q'
 dē q' in geometria geomet. de his vero q' in
 medicina vt medicus.

Hic p̄ponit diuisōez pōis dialectice quā diuidit fm
 diuisōez pbabiliū Sūt em' qdā pōnes dialectice fm se
 pbabiles q' fm se hnt veritat' p̄p̄ntiā. vt ista oīs mater
 diligit suū filiū r filies. Aliē st' pbabiles ex p̄ntiā r b' tr̄plr
 Uno rōne silitudis. qz scz st' filies p̄p̄ntib' pbabilib' vt
 qm sile est iuditiū pbati vt si pbabile ē p̄trarioz eandēz
 eē disciplinā. eo q' st' vni' gl' r p̄ntiā a sili et pbabile ē con-
 trarioz eūde eē sensuz Et similit' si pbabile ē vnā nūero
 sciaz eē grāmaticā p̄ter subiecti cōis v̄nitatem pbabi-
 le erit a similit' causa vnā eē sciaz musicā. p̄p̄ sile iuditiū
 r si pbabile ē p̄les eē grāmaticas p̄p̄ p̄tes l' b' et p̄les
 st' p̄pbabile erit et p̄les eē musicas. Quia dia b' filia p̄
 nā ad inuicēz vident' Alio d' aliquid pbabile rōne op̄-
 p̄nis ad id qd est p se pbabile r hoc p̄tingit dupl'r
 Uno p̄t assumit' p̄positio pbabilis que o p̄ponitur
 re pbabili fm vnum extremum tātum. vt si est pbabi-
 le q' oportet amicis benefacere. sicut dixit socrates. Et
 am est pbabile q' non oportet amicis malefacere. He-
 em' p̄positiones habent cōtraria p̄dicata q' sunt beneface-
 rez malefacere sunt p̄tense fm contradictionēz affir-
 mationis r negationis. qz amicis benefacere ē affirma-
 tio. amicis at' malefacere ē negatio qd vocatur p̄tensum
 fm cōtradiatōem non id q' dicte due p̄positōes sint cō-
 tradictorie. qz distāt p̄ affirmatōem r negationē. q' st'
 note cōtradiatōis r sic distense sunt eiusdem mōis amī-
 benefacere r amicis nō malefacere Cōtrariū aut' p̄p̄dis
 hui' oportet bñfacere amicis fm p̄dicatū est qm oportet
 malefacere amicis. Ille due oportz amīc' bñfacere r qm
 oz amicis malefacere in p̄dicat' sunt cōtrarioz qz cōtra-
 ria p̄dicata ad idēz subiectū referunt st' contrarij morē
 r ideo non eiusdem iuditiij. cum aut' additur negatio q'
 nota est cōtradiatōis ei' qd dicebatur in p̄dicato. tūc
 efficitur contrarium ad eūdem morem p̄tensum. vt cuz
 dicitur oportet amicis benefacere. et non oportet amicis
 malefacere Sūt autem est si contraria st' l' b' iecta. si ei
 b' apparz pbabil' oz amīc' bñfacere erit b' pbabil' iimic' nō
 oz bñfacere r sunt eiusdē moris qz cū l' b' iecta sint cōtrarij
 a p̄dicata p̄ affirmatōem r negatōem ad eūdem morez
 sunt p̄tensa. r ideo idem habēt pbabilitat' iudicium. r il-
 lud ex' est et fm cōtradiatōem b' est p̄ affirmatōem r ne-
 gationē eiusdem p̄dicati cōtrarioz subiectoz. r id affir-
 matio r negatio reducitur ad eundem morem Contra-
 rium aut' in subiecto non p̄tensum ad contradictionem
 est. qm oportet inimicis benefacere. Nec est em' in subiec-
 to contraria illi oportet amicis benefacere. r q' p̄ dōez

non est ptenfa ideo est contrarij moris. Similiter autē faciendum est in alijs vt in omnibus sic implicite accipiatur pbabiles ppositiones. Alio modo est oppositio fm vtrūq extremum vt si sit pbabile qd oportet amicitia benefacere pbabile est qd oportet inimicis malefacere. Et hmoi pbabile vocatur in patola. hoc est in collatōne r ppositione ad pbabile vt si vnum attribuitur vni cōtra rario contrarium attribuitur reliquo ppter similitudinem attributionis r ppositionis ille locus vocatur p simile in contrario. Et est hic contrarietas in subiecto r p dicator ideo qd vtracq pte apparet contrariuz id qd est a micis benefacere ei qd est inimicis malefacere sed p vnam pabolam siue simile contrariorum p dicatorum ad contraria subiecta referuntur ad vnum morū vtrum autem fm veritatem se bateāt ad inuicem ista vt cōtra rria vel non in sequētibz patebit vbi dēterminabitur r cōpatione p r rior. Et veritas est qd non vere sunt contraria q sunt eiusdem moris. Tertio mō dicitur ppositio pbabilis ex consequēti fm artes inuētās q sumitur a loco ab auctoritate vt ppositiones quas ponūt antiquoz pbati in artibus suis vt geomet rre his q in geometria r medicus ponit rre his q sunt in medicina ita q sufficiens ratio ppositionis sit quia sic rre eis dixit auctor illius artis.

Circa textū sūt dubia. Prīmū

est. An ppositio pbabilis sit in textu bene definita. Et videtur qd nō. Quia qd quid contingit affirmare cōtrigē etiam negare. h ppositio manifeste vera potest affirmari ergo etiam potest negari. Minor pbatur qd antiqui vt dicitur pmo physicozum negauerunt pma pncipia. Scdo in hac definitione vna pars non p dicit rre quo litet contento sub definito ergo non est bona. Antecedēs pbatur qd qd apparet omnibus aut pluribus non ē dubitabile sed ppositio est ex his q apparent omnibus vt plurib' ergo non est dubitabilis r p consequens nō est interrogatio. Tertio ppositio est quod interrogatur ergo non est interrogatio. Et cōfirmatur. Quia iterrogatio pponit p modū interrogādi r p modum qstionis. h non qlitet ppositio dialectica sic pponit qz mul rre taliz ponitur in syllogismis r ille sic non pponitur.

Quarto definitio ista ē nugatoria. igit non est bona. Cōsequētia est manifesta. Nō pbatur qd in ista definitione ponitur probabile r definitio ei' modo definitio r definitū dicunt idem. So' exponendo pbabilis h cōstructionem transitiuā vt tñ valet est interrogatio r pbabili qd est materia ppositionis dialectico. Est autē interrogatio id est ppositio iterrogata r hoc est ex eo qd requiritur respondentis iuditiū siue pntensus r illa ratione boetius ponit concessis i definitione syllogismi qz refert ad ppositiones syllogismi dialectici. Alij vero ponūt pbabilis p constructionem intransitiuā vt sit nti casus dicentes. Quia interrogatio nota est dubitationis inf' duas ptes ptradictionis id dicit qd interrogatio pbabilis est q i vtracq pte ptradictionis pbabilis est scz in pte affirmatiā r negatiā vt matrē diligere qz mater ē r nō diligere qz in cena medea duos natos reuozauit. Meli' tñ dicit qd pbabil' est gēi casus vt in qd. Alter' rre finitio vero pbabil' i capite isti libri fuit declarata. h considerādū est qd hūis id qd videt sapiētib' sit eminentis veritas fm intellectū tñ ad h qd sit p d' dialectica oportet qd

